Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).



Quelle:
Copyright:



3.

Tractatus de distinctionib: definition: &c.

125a–183b

Tractatus de distinctionibus, definitionibus, demonstrationibus et Sophismatibus Viridani. Incipit: "Restat tractare &c". Hæc verba indicant, quædam jam precessisse, quod et in limine mox dicitur: "Secundum dicta a principio iste est tractatus 8vus hujus operis". Est itaque fragmentum, sed magnæ molis.

4.

Eberhardi Labyrinthus cum Comentario.

184a–211a

Eberhardi Labyrinthus, seu carmen elegiacum de miseriis Rectorum Scholarum, cum perpetuo comentario anonymi. Præfatio comentatoris incipit: "Dabo vobis os et sapientiam cui non resistere possunt nec contradicere. Verba proposita scripta sunt". In eadem circa finem dicit: "Dicunt quidam quodmagister Eberhardus rector scholarium Bevienſis /: Bethunienſis :/ istum librum composuit &c". In conclusione operis author nomen suum sequentibus manifestat:

"Lector condoleas cariem si videris ullam
Carminis eberhardij, vigilet correctio lune
Dormiat invidie detractio, reno beatus
Parte potest omni mala sunt vicina petendis".

Amen.

His additur: "Explicit textus laboriniti Et explicit Glosa per manus illius qui scripsit". — "finitus est iste liber in die Sanctorum Symonis et jude anno nativit: domini M° CCC° Septuagesimo nono". Eadem Labyrinthi meminit Hac: Braun in Notit: Codd: Mss: Vol: II. p. 54. qui tamen in nonnullis a nostro differt. Typis eundem expressit curavit Polyc: Leyserus in Hist: Poetar med: ævi pagg 798.